2012

DRUŠTVO ZA
ANTIČNE IN
HUMANISTIČNE
ŠTUDIJE SLOVENIJE

SOCIETAS SLOVENIAE
STUDIIS
ANTIQUITATIS ET
HUMANITATIS
INVESTIGANDIS

# DRŽAVNO TEKMOVANJE V ZNANJU LATINŠČINE

TO STRAN PUSTITE PRAZNO.

PARS PRIMA

A

I. *Izberite pravilno obliko.* | 5

1. Semper bona facta _________ sunt bonis verbis, quia exempla animos trahunt.

(a) utilior (b) utiliora (c) utilius (d) utilia

2. Excellentia optimorum virorum digna est ___________.

(a) imitationis (b) imitationem (c) imitatione (d) imitari

3. _________ omnis sermo inanis est.

(a) Auro loquente (b) Auro loquenti

(c) Aurum loquens (d) Auris loquentis

4. Iudex _________, cum nocens absolvitur.

(a) damnat (b) damnatur (c) damnaturus est (d) damnabit

5. Vergilius ____________ sepultus est.

(a) Neapolim (b) Neapoli (c) Neapolis (d) Neapole

II. *Spremenite v skladu z navodili.* | 4

a) Athenienses aliquando Diogenem philosophum meridie in foro lucernam ferentem viderunt.

(*Nadomestite particip z odvisnikom.*)

______________________________________________

______________________________________________

b) Philosophus dicit: »Hominem quaero.«

(*Združite dve povedi v eno.*)

______________________________________________

B

I. *Vsaki basni poiščite ustrezen zaključek. Zaključkov je več kot basni.*

| 4

1. Cervus olim ad fontem venit viditque in liquore effigiem suam. Ibi, dum ramosa laudat cornua crurumque nimiam tenuutatem vituperat, subito resonant venatorum voces latratusque canum appropinquantium. Tum cervus territus advolat per campum fuga salutem petens: cursu levi canes eludit et in silvam pervenit. Sed ibi arborum rami cornua cervi retinent et mox canes eum saevis morsibus lacerant. Tum miser cervus e vita excedens inter gemitus dicit: »Quam stultus fui! Crura, quae contempseram, mihi utilia fuerunt , cornua autem, quae laudaveram, causa perniciei meae fuerunt.«

* * *

2. Olim accipiter in altos arboris ramos advolaverat et nidum lusciniae cum parvis pullis invenerat. Sed cito revertens luscinia cum esca accipitrem orabat ne pullos suos voraret.* Tum improbus rapax: »Faciam quod vis, – inquit – si mihi bene cantaveris.« Misera mater filios servare cupiens, cantabat. Accipiter vero, praedae cupidus, sponsionem rupit dicens: »Non bene modo cantavisti!« – et aviculas apprehensurus laceraturusque erat, cum repente post tergum auceps supervenit, silenter calamum levavit, accipitrem contractum visco in terram deiecit cepitque.

* * *

3. Vir serpentem gelu rigentem invenit et in sinu fovit misericordia nociva; nam serpens sinus tepore vires recepit et morsu virum misericordem necavit. Alii serpenti, causam necis quaerenti, respondit: »Nemo improbos iuvare debet; ideo virum necavi.«

* * *

4. Cervus, venatores fugiens, ad proximam villam contendit, in bubili se condidit et a bobus auxilium petivit. Huic boves dixerunt: »Quidnam quaeris, infelix? Ultro ad necem curris, si in hominis tectum intras. Nescis hominem omnium animalium dominum esse?« – »Vos, amici, me adiuvate,« inquit cervus; »nemo me videbit; fugiam ubi primum potero.« Paulo post bubulcus quidam frondes in bubile infert sed nihil videt. Eunt redeuntque omnes servi nec quisquam animadvertit cervum. Tum cervus contentus gratias agit

bobus, quia quieti fuerant. Respondet unus: »Si salvus fueris, laeti erimus; sed quis hoc dicere potest, antequam venerit ille, qui centum oculos habet?« Post cenam dominus ipse in bubile venit, accedit ad presepe et, ubique inquirens, alta cervi cornua videt eumque occidit.

________

a. Stulti utilia contemnentes, inutilia laudantes saepe in perniciem incurrunt.
b. Nemo plus quam dominus videt.
c. Si malos adiuveris, mox dolebis.
d. Mali homines, qui aliis insidias parant, semper sibi timere debent.
e. Sibi non cavere et aliis consilium dare stultum est.
f. Quicumque dignitiatem pristinam amisit, ignavis etiam iocus est in casu gravi.

II. *Pesmico anonimnega srednjeveškega avtorja dopolnite z manjkajočimi deli verzov s spodnjega seznama.*

| 6

Qui bene bibit, ________________________

qui bene dormit, ________________________

qui philosophiam ________________________

qui non peccat ________________________

qui in Paradisum trottolat, ________________________

ergo bibamus* et ________________________

(* bibamus – pijmo, konj. prez.)

* * *

*bene dormit*

*in Paradisum it*

*in Paradisum ibimus!*

*non peccat*

*philosophia carere potest*

*philosophiam perdiscit*

III. *V spodnje primere smiselno vstavite latinske pravne izraze. Izrazov je več kot primerov.*

| | 6 |

DE FACTO, DE IURE, CONDICIO SINE QUA NON, CORPUS DELICTI, IN FLAGRANTI, IN DUBIO PRO REO, BONA FIDE

1. Če dijak pri testu »plonka«, je »plonk listek« dokazni predmet ali ____________________.
2. Kaj se zgodi, če smo kakšno stvar kupili, pozneje pa se izkaže, da prodajalec sploh ni imel pravice, da bi jo prodal? Če je kupec ravnal ____________________ in sploh ni imel realnih možnosti, da bi ugotovil, da je pri vsej stvari kaj narobe, sme to stvar obdržati – pod pogojem, da zakonitemu lastniku ni bila ukradena.
3. Hefajst je s Hermesovo pomočjo svojo ženo Afrodito in njenega ljubimca Aresa zasačil ____________________, ju ujel v mrežo in ju izpostavil posmehu vseh olimpskih bogov.
4. C. I. Caesar ____________________ še ni bil cesar, ____________________ pa je že bila vsa oblast njegova.
5. ____________________ je še danes veljavno osnovno pravno načelo, ki izvira iz rimskega prava.

IV. *Spodnja plošča se nahaja ob gostišču v neki nemški vasici. Iz besedila razberi, kam se popotnik lahko ozre, da si okrepi duha in telo.*






Tujec, če se približuješ, malo postoj in se ob razgledu umiri. Kamor koli se ozreš, bodisi ______________________ bodisi ____________________________ bodisi ________________________ bodisi ________________________ bodisi ____________________________ bodisi ____________________________ bodisi ______________________, vsepovsod je kraj, muzam nadvse ljub, ki nudi vse za krepitev duha in telesa.

## PARS SECUNDA

Seneca, *Epistulae morales ad Lucilium* (1.1)

Seneca Lucilio suo salutem!

Vindica te tibi et tempus, quod adhuc aut auferebatur aut subripiebatur aut excidebat, collige et serva! Persuade tibi hoc sic esse, ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura quae per neglegentiam fit. Magna pars vitae elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.

Quem mihi dabis,* qui aliquod pretium tempori ponit, qui diem aestimat, qui intellegit se cotidie mori? In hoc enim decipimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeteriit. Quidquid aetatis retro est, mors tenet. Omnes horas complecti debes; sic minus ex crastino die pendebis, si hodierno manum inieceris. Dum differtur, vita transcurrit. Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Vale!

* do 1 – tukaj: navedem, dam kot primer, imenujem

1. *Odlomek prevedite v slovenščino.*

| 22

2. *Avtor zgornjega razmišljanja je rimski stoiški filozof Seneka. Navedite imena še treh antičnih filozofov.*

| 3

3. *Postavite se v vlogo naslovnika pisma Lucilija in odpišite Seneki. V sestavku (200-300 besed) razpravljajte o Senekovem razmišljanju o času.*